

DIE IX FEBRUARII.

S. CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI
CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

*Missa In medio de Communi
Doctorum, præter Orationes
sequentes. Et dicitur Credo.*

ORATIO.

Deus, qui beatum Cyrillum Confessorem tuum atque Pontificem divinæ maternitatis beatissimæ Virginis Mariæ assertorem invictum effecisti: concéde, ipso intercedente; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, materna ejusdem protectiōne salvemur. Pereūmdem Dóminum.

Secréta.

Múnera nostra, omnípotens Deus, benignus respice:

et, intercedente beato Cyri-
llo, præsta; ut Unigénitum
tuum Jesum Christum Dó-
minum nostrum in tua tecum
glória coætérnum, in córdi-
bus nostris digne suscipere
mereámur. Qui tecum vivit et
regnat...

Postcommúnio.

Divinis, Dómine, refécti
mystériis, Te súpplices de-
precámur: ut exémplis et mé-
ritis beati Cyrilli Pontificis
adjúti, sanctissimæ Genitrici
Unigéniti tui digne famulári
valeámus. Qui tecum...

1747 A.D. 1901. 1000
1901. 1000